

~~Allegor.~~ F. LVDOVICI

# SOTTO-MAIOR

ORD. PRÆDICATORVM,

STÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI,

ET DIVINARVM LITERARVM

CONIMBRICÆ PROFESSORIS,

Ad Canticum Canticorum

NOTÆ POSTERIORES,  
ET BREVIORES.

*Cum Indice verborum, rerumque locupletissimo.*

EDITIO PRIMA.

*Seminarij Veruorum Salamantini.*



PARISIIS,

Apud MICHAELEM SONNIUM, via Iacobæ,  
sub Scuto Basiliensi.

M. DC. XI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



AD CANTICVM  
CANTICORVM NOTÆ  
POSTERIORES, ET BREVIORES.

EODEM AVTHORE F. LVDOVICO  
SOTTO-MAIOR.

EXORDIVM.

**P**OST QVAM Commentarius ille noster quasi è tenebris in lucem, & salubritatem prodiit, & hominum ora peruolauit, id est, temerario edictionis honore, vel potius ausu vagari cepit; quadam in mentem venerunt, quæ tamquam auctarium, & corollarium quoddam addenda esse putauimus ad pleniorẽ intelligentiam, vel etiam ornatum, atque decorem, seu splendorem, non solum verborum, sed etiam rerum, ac sententiarum, quæ in Cantico isto Salomonio, siue carmine nuptiali continentur, necnon eorum quæ à nobis super ea dicta, id est, elucubrata, atque excogitata sunt, castigationem. Solent enim ferè, sicut est in veteri proverbio, posteriores cogitationes esse sapientiores, præsertim verò in explicando, & paulò magis enucleando dulcia hæc Cantica dramatis, id est, amatoria, & nuptialia, in quibus quidem magna, & profunda quadam volumina mysteriorum, seu inuolucra, & enigmata diuina





# AD CANTICVM

## CANTICORVM NOTÆ

POSTERIORES, ET BREVIORES.

Eodem Auctore F. LODOVICO SOTTO-MAIOR.

### CAPVT I.

*Osculetur me osculo oris sui, &c.*

A quidem ita fuisse conscriptas, videlicet sine personis, vel sine manifesta personarum expressione, testimonio sunt Scholiastæ: inter quos non raro cuius persona nomen, quibus sit versibus præponendum, concertare etiam videmus. Vt animaduertit alicubi vir quidam eruditus, studiosus, & curiosus. Quare non valde, nec tantopere mirandum est, si hæc oratio, *Osculetur me osculo oris sui*, sit impersonalis, id est, si *Auctor facer in præsentiarum* non exprimat nomen personæ, ut sciamus, quæ persona loquatur, Sponsanè, an Sponsus. Ita enim solet deinceps tacere in toto isto Cantico, seu dialogo. Quamuis enim nomen personæ loquentis hic non exprimat, nihilominus tamen ex sequentibus verbis, & iuxta materiam subiectam, quæ



**Q**UIBUS quidem verbis iam nunc Salomon præsertim inducit nuptias Christi & Ecclesiæ, vt adnotauit etiam D. Amb. lib. 5. de Sacramētis, cap. 2. Prophetarum autem atque Arabum, & Chaldæorum mos est statim in operum principis sua nomina adscribere, vel per circumlocutionem. Vnde & Poëta Latinus ita operi suo præfatus est: Ille ego, qui quondam &c. Sciendum est tamen Græcas fabulas, atq; etiam Latinas, olim priscis temporibus sine personis à plerisq; Poëtis editas fuisse, quas tamen post vel librarij scriptores, vel interpretes, perspicuitatis causa, addiderunt. Nam Græcas